



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ecclesia

Buchinger, Michael

Dilingae in Rhetia, 1556

VD16 B 8998

E. Nauicula Petri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

mansionibus ad Fabiolam. De rubo exo. 3. deute.
33. Marc. 12. Luc. 6. 20. Act. 7. etc. inflamma-
tur persecutionibus, sed loquente domino non
perit.

ECCLESIA TURRIS

fortissima.

Hec facit iudicium pupillo & uidue, amat
peregrinum (penitentem uere) & dat ei
uictum atq; uestitum, deuter. 10. Et
prouerb. 18. Turris fortissima, ad ipsam cur-
runt pij & exaltantur. Est inq; Arx, quæ impu-
gnari quidem potest, expugnari & deleri nun-
quam, gemina enim gigas substantiæ turri-
ger, inuigilat.

ECCLESIA SCAPHA

ueliuola petridos.

Nauis seu flata ecclesia dicitur, que Petri
est, Luc. 6. in qua Christus est. Licet in
huius mundi pelago hereticistarum passim
turbinibus ita agitetur ut aliquoties penè uideat-
tur obrui, est enim ad miseras & labores ab æ-
terno prædestinata: (periclitata est arca in cas-
taclyse

*Ecclesia
cimba.*

teacyfmo: & hodie pericitatur ecclesia in mūdo) nunquam tamen supprimetur, uexabitur quidem infestabitur per hæreticos: per scismaticos: per Turcas & iudeos: deniq; per caput omnium hypocritarum ANTichristum impugnetur, sed non excindetur, Christus enim uerus Nauarchus & Limenarcha inuigilat, manebit in æternum, quia regnum Christi perpetuum est. Ecclesia uidetur, inquit Ambr. Hex. 4. cap. 2. Sicut luna deficere, sed nō deficit, obumbrari potest, deficere non potest. In hac Cymba abest perfidia, fides adspirat: Huiusmodi profumia & phaselus mysticæ ecclesia est. Et sicut in ecclesia triumphante deus regnat per gloriam, Sic in illa nauis rostrata ecclesia militante, regnat per gratiam. Que omnes nauis species in se continet & representat non absq; mysterio: omnes uere penitentes recipit, omnibus spem salutis promittit neminem excludens: prorsus omnes inuitas: Carpasso, hoc est, charitate omnibus tegumentū prebens, charitas enim operit multitudinē peccatorū. Remiges (quos Veneti gagliardos uocāt) sunt rectores: Remi, bona opera, &c. Sic energeticè & intēse in hac nauis orabat David in spiritu, Psal. 142. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā, &c. Fugiant igitur p̄i Christi feles

deles myoparones scismatarchas, Caccidiabolo
 piratas: Qui exoticis opinionibus mentes mor-
 taliū, animas, per cæca & canosa uada in eternū
 abyssum auerunt. De huius stabilitate sanctus
 Ambrosius lib. de solomone cap. 4. inquit: Infe-
 statur fluctibus ecclesia sed nunquam submergi-
 tur, & Theophylactus super locum Luc. 21. in-
 quit, cælum & terra quo ad generationes cessa-
 bunt, & mutabuntur, Fides autem non deficiet.
 Apparet autem hoc loco, quod ecclesiam omni
 creature præferat. Ecclesia enim eius, et uerbū
 ac Euangelion nequaquam peribunt, hæc ille. Cum
 enim syrtes, scyllas, & charibdes colligit, ad
 portum tendit salutis, ratio est: quia Christus
 nauta, sua cæstera optima queque huic reseruat,
 Marc. 4. Quomodo oporteat te in domo dei
 conuersari, scribit Paulus 1. Timoth. 3. ô quàm
 celebris lembus quem cæli cælorum capere non
 potuerunt. Nauis illa portauit, pudeat ergo
 poetas de cymba Deucalionis & de rate Argo-
 nautarum tempus consumere: cedat & arca
 nohemi, Hanc unicam sponsam electam, que est
 ecclesia dei uiui, columna ueritatis et firmamen-
 tum, elegit sibi dilectus sponsus CHRISTVS
 IESVS: Quæ Sybilla erythraea παντα τροφογ
 id est, omnia pascentē uocauit, &c. Nec hoc reti-
 cendum

Cymbula
 charonis
 fugienda.

Ecclesia
 stabilis.

Syrtes di-
 ctæ sunt
 ἀπὸ τοῦ
 σὺρξαιω,
 id est, tra-
 ho.

1. Tim. 3.

Sybilla di-
 cta a sios,
 quod lin-
 gua

gua

Aeolica *cendum, ecclesiam constare ex Iudeis & genti-*
 est deus, et *bis, Luc. 5. Id ipsum enim adumbrant 2. nauicu-*
 68λκ *lae quae petri sunt. In naui illa praecipua merx est*
 quod con- *uerbum dei, quod est panis uitae, quod aere non*
 filium. *uenit, Esai. 55. Matth. 10 prope est talis cibus*
 2. nauicu- *omnibus Christi fidelibus, deuter. 30. Rom. 10.*
 lae unam *Nec est quod existimes ecclesiam esse authorem,*
 ecclesiam *& caput uerbi, sed quod sensus VERBI sit ue-*
 faciunt. *rus & genuinus penes ecclesiam cuius efficacem*
 Eccles. uer *dispensationem illa habet: Verum haec prolixius,*
 bi dei ge- *quam patitur prefixum tempus, &c.*
 nuinum *Irreprehensibilis illa est, omne irreprehensi-*
 sensum he *bile defendens, & ut inquit Marcellinus PP. E-*
 reditat. *pist. 2. Omne quod contra Euangelicae, uel pro-*
 Eccles. irre *pheticae, aut Apostolicae doctrinae constitutionem*
 prehensi- *successorum uel eorum siue sanctorum patrum*
 les. *aetum fuerit, non stabit, &c. De cuius dignitate*
etiam Hilarius lib. de trinitate 7. claruit anno
 Eccles. dig *371. ait. Hoc ecclesiae proprium est ut tum uin-*
 nitas. *cat, cum leditur: tum intelligatur, cum arguitur:*
tum obtineat, cum deseritur: facilius enim celum
exterminari potest ut cum D. Chrysosto: in Ho-
melia pentecostes, loquar: quam aliquid mali pa-
ti ecclesiam quo scilicet consumatur sed durabit
usq; ad finem mundi Videtur. quidem in ecclesia
lolum, zizania, &c. sed illa non impedire de-
bent

debent aut fides aut charitas nostra, ut quoniam
 in ecclesia lolium esse cernimus, ipsi de ecclesia
 recedamus, sed nobis tantummodo laborandum,
 ut frumentum esse possimus, ut cum caperit fru-
 mentum dominicis horreis condi, fructum pro
 opere nostro & labore capiamus. Matth. 25.
 Psal. 6. Errant ergo sede, ut iterum dicam, im-
 panatores zythobibuli, qui solam fidem iustifi-
 care gannunt. Dicet, n. non signatis: ite in ignem
 æternum. Nudus fui, & non me contexistis: ua-
 gus, & non me collegistis: Hic in proprio adipe
 frixæ libidines bullient, & inter sartagines flā-
 meas miserabilia corpora cremabunt, &c. Nisi
 enim euangelion factis expresserimus, parum no-
 bis proderit, Mat. 5. 6. 7. Heb. 6. 10. Scriptum
 enim sur me Ra, Va A se Tob. hoc est, de-
 clina à malo, & fac bonū. Duas tibi aures diuini-
 tus dedit dominus una fidē altera charitatē am-
 plectitur, 1. Ioan. 4. &c. Breuiter: iustitiam ex-
 pectandam esse ex operibus bonis, approbant
 scripturæ loci, Ioan. 4. Apoca. 1. 2. 3. Esai. 58.
 Facite iustitiam inquit dominus. Fides sine ope-
 ribus neminem saluat, ipsa enim est (non repro-
 ba fides) quæ per dilectionem operatur, inquit
 Augustinus contra 2. Epist. pelag. ad Bonifa. li. 3. ca. 5. uide eundem Aug. de spiritu & littera

mufedA
 ionupst
 aufchis

Nota

Iustitia ex
 opere bo-
 no æsti-
 matur.

Psal. 30.

Absoluta
 fides nulla
 fides.

F cap.

Affectum
sequitur
effectus.

Nota.

cap. 16. Et 18. Iustus ex fide uiuit, & Christus
iustificat impium, Quomodo autem iustificat im-
pium nisi credentem, et confitentem: inquit Au-
gust. in Psal. 34. Ille credit in Christum, ait idē
Aug. De uerb. domini in Euangel. Ioan. Sermo.
61. Qui & sperat in Christum, & diligit Chri-
stū. Nam si fidem sine spe habet, & sine dilecti-
one, Christū esse credit (sicuti et demones Chri-
stum crediderunt) nō in Christū credit. Et idem
August. praesa. in Psal. 31. inquit. Si fides sine di-
lectione fit sine opere erit, sed addatur opere fi-
dei spes & dilectio. dilectio enim non uacat, hęc
ille, &c. Verūm quando hoc argumenti genus
non pertinet ad nostrum institutum, ergo non
immorabor amplius.

ECCLÉSIA MACRO-

cheira consutilis.

Nota.

ALio in loco inconsutilis exom's seu lana
domini, ECCLÉSIA dicitur: pro qua
seruanda Christus corpus exposuit mor-
ti; unde August. in lib. de hærētib; lamentatur
dicens in persona Christi, caput meum spinis op-
posui, manus meas clauis obieci, lācea latus meū
aperuit, tot nō dico iniurijs, sed asperitatibus la-
ceratus sum, sanguinem meū fudi, animā meam
posui ut mihi cōiunger. te, & tu diuidis me? &
paulō